



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt LVI. Monasterium S. Petri de Eslonza in agro Legionensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT LVI.

*Monasterium S. Petri de Eslozza in agro
Legionensi.*

999.

Situm est hoc monasterium tertio lapide ab vrbe Legionensi in valle, quam vocitant Elifoncia, fuitque primum dedicatum in honorem S. Eulaliae virginis & S. Vincentij Leuitae. Est autem antiquius temporibus Garfia Regis, qui illius monasterij fundator non fuit, sed benefactor & amplificator, vt ex vrbis ipsius diplomatis colligitur.

Nos Garcia Princeps & Munia Dona Regina offerimus venerandis martyribus (quorum reliquia hic condita requiescunt) S. Eulaliae virginis & S. Vincentio Leuita, in cuius honorem basilica ab antiquis fundata esse dignoscitur in suburbio Legionensis ciuitatis, in valle quam vocitant Elifoncia &c. Datum III. Kal. Septemb. Era D. CCCC. L. Creditur verò hoc monasterium fundatum ante Maurorum incurfionem in Hispaniam, Huius item monasterij Abbas fuisse putatur Florentius, qui Concilio Toletano I. interfuit, sub Rege Vvamba, & his verbis subscripsit Florentius Ecclesie monasterij S. Eulaliae Abbas hac gesta synodica, à nobis diffinita consentiens, subscripsi.

Tempo-

Temporibus prædicti Regis Garziæ monasterium istud dedicatum est in honorem SS. Apostolorum Petri & Pauli, vt constat ex diplomate Vxacæ, Ferdinandi Regis & Lantiæ Reginae filia, Dato II. Idus Martij Era CXXXVII. In quo quidem diplomate fit mentio trium insuper monasteriorum, nempe S. *Ioannis*, intra munitionem muri Legionensis siti, S. *Adriani* in Montanis, & S. *Ioannis*, quod vocatur Viruio in Asturijs. Ita Sandouallius.

An. 999.

CAPVT LVII.

Prioratus S. Sepulcri, Ord. Cluniacensis, in d. Tricassina, in Gallia.

PRioratus S. *Sepulcri*, octauo ab vrbe Tricassina lapide situs est, cuius prima fundamenta iecit S. *Aderaldus* Tricassinæ quondam Ecclesiæ Canonicus & Archidiaconus, qui animam cælo dignam exhalauit an. 1004. vt in veteri chronico coenobij S. Petri Viui Senonensis memoratur. Cum quo facit & Chronicon Roberti monachi Autissiodorensis, quod anno 1005. in publicum Trevis emissum est. Cùm enim ipse *Aderaldus* siue *Adroldus* aut *Arraldus* Ierosolymitanum iter, gloriosi & augusti Christi sepulchri visendi gratia, dare Deo absoluisset, sacrâ dictâ ædē, vt peregrinationis suæ monumētū esset, insti-

1004.

Q 2

tuit,